Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

etiam in senectute conseruare aliq̃d pri
stini roboris. non sunt in senectute ui
res ne postulantur q̃dem uires a senec
tute. Ergo & legibus & institutis uacat
etas nra muneribus hys que possunt
sine uiribus sustineri. Itaq; non modo
ad hoc quod non possumus quidem
sed nec quantum possumus quidem
cogimur. At multi ita imbecilles senes
sunt ut nullum officiu aut uite mu
nus exequi possint. Ad id q̃dem non
propriuum senectutis uitium est: sed
comune imbecilitatis. Quam fuit in
bellius P. Affricam filius id q̃ te adop
tauit. q̃ tenui aut nulla potuis uali
tudine. quod ni ita fuisset. alterum
illud extitisset lumen ciuitatis. Ad
paternam enim magnitudinem ani
mi doctrina ualentior accesserat. q̃ mi
rum igitur in senibus. si infirmi sint
aliquando. cum id ne adolescentes q̃e
effugere possint? Resistendum ergo